Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ordinaciones et Articuli de modo procedendi in Concilio Basiliensi

Primo sint quatuor deputaciones sicut sunt inter quas omnes de Concilio distribuantur equaliter quantum fieri poterit Et sint in qualibet deputacione de quolibet statu scilicet domini Cardinales patriarche Archiepiscopi Episcopi Abbates doctores religiosi et alii et in qualibet de omnibus nacionibus distribuantur in quatuor equales partes supposita singularum nacionum Et ad distribuendum supposita comuni eligantur quatuor scilicet unus cuilibet deputacione Quinquid quatuor mensibus singulis eligunt

De novo

Item in qualibet deputacione eligatur unus presidens singulis mensibus per vices singulos et in qualibet earum deputetur unus promotor unus notarius et unus Cursor

Item omnes deputaciones congregabuntur ter in septimana regulariter videlicet die lune die mercurii et die sabbati et de mane hora consueta Et si in pluribus diebus festum aliquod occurreret propter quod non possent in sequenti die congregari vel mane precedenti Sup presidentem fiet intimatio

Item quod nulla deputacio astringat se quibuscunque juramentis ad tenendum secreta materias que tractabuntur in eadem Sed sit licitum singulis suppositis deputacionum conferre ne singulis de Concilio tam decretis quam agitatis

Item quolibet mense deputentur tres de qualibet deputacione quos quidem parimodo ter in septimana vel pluries prout ab videbitur expedire certis horis et loco non tamen illis horis quibus deputaciones congregantur convenient ad audiendum materias deputacionibus distribuendas ad tractandum Die tamen in primo cuilibet mensis eligendo novos deputatos de qualibet deputacione remaneant unus de precedenti deputati ille videlicet qui ipsi duodecim eligerunt Die tamen qui ille qui eligitur pro mense secundo non eligatur pro tercio mense Et quinque habeant de novo venire in forma de qua fit in illo mense finito Et sic successive singulis mensibus Et illi duodecim eligant unum ex eis pro presidente qui pro toto mense sit eorum presidens ad cuius mandatum ceteri deputati tenebuntur in locis per eos eligendis convenire

Item si aliqua deputacio vel particularis persona habeat aliquam materiam pro membris quod illam possit eisdem deputatis propone qui sub juramento presito tradente nisi sibi placuerit non revelabit